 id est, Græcos cū Antiocho Epiphane, Iudas Machabæus & focij eius fortiter ab incepto
 retraxerūt. Equos iā dictos nullus puenit, nullus retro egit, sed (sicut iā dictū est) puenerūt
 quō intēderūt, p̄fecerūt qd̄ uoluerūt, usq; ad ignē, usq; ad fumū, usq; ad ciuitatis et tēpli irre-
 cuperabile extermiui. Adde qd̄ sequit̄, Et diffundent̄ equites eius. Equites malignos spūs
 equos

Chaldaei, dæ-
 mones sūt &
 Romani.

Tit. 3

Deus non fa-
 cit, sed susci-
 tat gentem
 amarā.

Esā. 10.

Prouer. 19

Pardi, Græci.
 Lupi uesperti,
 Persæ &
 Mædi.
 Dan. 7

1. Pet. 2.

Hester. 7.

1. Macha. 4

COMMENTA RUPER ABBA LIB. I.

equos aut eorū hoies iā diximus. Parū erat ad uindictā, q̄ ceciderūt in ore gladij corpa hoimīnū, nisi etiā malignis spiritib⁹ in p̄dā cederēt aīe illoꝝ. Diffundent ergo (ait) equites eiuꝝ. i. oīa cōplebūt maligni spūs, nullis obfistētibus bonis spiritibus, quippe q̄ iā abierāt dicentes, ut refert Iosephus, migremus ex his sedibus. Feste (inqt) die, quē pentecosten uocant, nocte sacerdotes intīmū tēplū more suo, ad diuinas res celebrādas ingressi, primū quidē motū quendā strepitūq̄ fererūt, postea uero subitā uocē audierūt quā diceret, migrem⁹ hinc. Profecto res q̄ subsecuta est, satis astruit, migraffe illinc om̄e p̄sidiū bonoꝝ spiritū, & in locū desitūtū diffusam fuisse multitudinē spiritūū malorū, quos hic dicimus equites inuisibiles equorū uisibiliū. i. bellicorū hoim duos agitatos. Vnde adhuc sequitur. **L** Equites namq̄ eius de longe uenient, uolabūt quasi aquila festinans ad comedendū. Omnes ad p̄dā uenient, facies eoz uentus urens. Reuera de longe uenerūt equites eius, quia uidelicet natura siue cōditiōe, longe à quocunq̄ hoie sunt maligni spūs. Proinde gens eiusmodi horribilis supra dicitur, q̄ nimirū & ab humano genere natura lōge sunt, & cōtra humanū genus immani odio feruntur. Et q̄a ueloces sunt utpote spūs, parū fuit dixisse, uenient, addiditq̄ uolabunt. Congruē p̄ hoc uerbū uolabunt, quod est auium, naturalem expressit uelocitatē immaniū spiritūū. Nec uero quomocunq̄ uolabūt, sed sicut aquila (inquit) festinans ad comedendū. Aquila rex auīū, aues tū ab auiditate comestionis dicte sunt, siue ab eo q̄ uias certas nō habeant, sed p̄ auia quāq̄ discurrāt. Simul sciendū qd̄ aquilae figura signū erat in uexillo Romanorū. Cū ergo dicit, quasi aquila festinans ad comedendū mira similitudinē aptitudine uelocitatē atq̄ auiditatē simulq̄ potestātē, uimq̄ magnā declarat eiusmodi equitū. i. malignorū spiritūū properatū cum illis Chaldaeis siue Babylonis, scilicet hominib⁹ Romanis suis (ut iā dictum est) equis, ad p̄missarū sibi deuoratiōnē animarū. Omnes (ait) ad p̄dā uenient, facies eoz uentus urens. Cū dicit oēs, simul equos & equites. i. hoies intelligere pariter & dāmones. De equitibus. i. dāmonibus ex abundantia est dicere, q̄ auidi ad est erendas aīas uenerint p̄adones. De hominibus uero q̄ intenti ad p̄dam fuerint, & cupiditatis quā odibilis, cū multa in historijs experimenta sint, unū hic nimis horrēdum nō praterire libuit. Quidā (ait Iosephus) apud Syros ex transfugis deprehenditur ē fimo uentris aureos colligēs. Transglutientes em̄ eos ueniebant, q̄a cunctos leuiciofi scrutabant, & maxima uis auri fuerat in ciuitate. Hac arte detecta, totis castris famap̄crebuit, qd̄ auro transfugae pleni uenirēt. Arabū em̄ multitudo, & Syri scissos uētes supplicū rimabant, & hac ego clade (inqt ille) credo fauioꝝ cōgisse Iudaeis. Vna deniq̄ nocte duoz milliū patefacta sunt uiscera. Veraciter igitur oēs (ait) ad p̄dā ueniet, statimq̄ subiungit, facies eoz uētus urens. Et reuera sic accidit, q̄a cōpletū est qd̄ ad Mosē p̄dictū fuerat, ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq̄ ad inferni nouissima. Hostes uisibiles ignē succederūt uisibilē uentē, & ille ignis ī furore dñi succensus est, hostes aut̄ inuisibiles animarū p̄dā deuexerūt ad ignē inuisibilē, ignē inextinguibilē uentē, & hic ardet, & ardebit usq̄ ad inferni nouissima. i. usq̄ in finē, uel sine fine, q̄a sicut regni dei nullus erit finis, ita nulla inferni erūt nouissima. Sequit. **L** E cōgregabit quasi harenā captiuitatē. **R**egibus ipse triumphabit, & tyrāni ridiculi eius erūt. Ipse sup̄ omnē munitionē ridebit, & cōportabit aggerē, & capiet eā. Tunc mutabit spūs, & p̄transibit, & coruet. **H**ec est fortitudo eius dei sui. In quē hęc dicunt, dubiū esse nō debet, quin ipse sit diabolus, rex eq̄rū & equitū, de q̄bus ante loquebat, rex Chaldaeorū. i. ferocitū omniū sup̄bia filiorū, tam malignoꝝ spiritūū, q̄ impioꝝ hoim. Cum de equis & de equitibus eius sermo haberetur, repente ad ipsū transit, q̄ est eoz caput: Nā ne dubites, quin de ipso sermo sit, sic illū denotauit & designauit. Hęc est fortitudo eius dei sui. Nō dixit, hęc est fortitudo eius, q̄ ipse suus est deus, sed ita dixit, hęc est fortitudo eius, q̄ ipse suus est deus, factor suus, qd̄ uidelicet ipse dicere fuit ausus, unde & ap̄ Ezechielem illis uerbis sub nocte Pharaōis arguit. Ecce ego ad te Pharaō, rex Aegypti draco magne, q̄ cubas ī medio fluminū tuoz, & dicit, meus ē fluui⁹, & ego feci memetipm. Et alibi, Et dixit (ait) dñs cōtra ipm, deus ego sum, et in cathedra dei sedi. Nō ergo dubiū quin in quē hęc dicunt, ipse diabolus sit, q̄ ita cōcludunt. Hęc est fortitudo eius dei sui. Nunc ipsa uerba p̄ ordinē sequantur. Et congregabit quasi harenā captiuitatē, et de regibus ipse triumphabit, et cetera. Non ignoꝝ

Iosep. de bel. lib. 7. ca. 17.

Volabūt quasi aquila.

Lib. 7. ca. 27.

Deut. 32.

Diabol⁹ rex eq̄rū & equitū.

Ezechi. 29

Ibidē. 28.

ro plerq; horū quæ hic dicuntur, uel ante dicta sunt, super Nabuchodonosor intelligi posse sed quia apostolicā semel sequi auctoritatē libuit, siquidē Apłus Paulus (ut supra dictū est) huius prophetiæ meminit dicēdo Iudæis, uideate ne superueniat uobis qđ dictū est in prophetis &c. fateor, nō libēter recurrit animus ad illū carneū Nabuchodonosor, p̄sertim cū iste Abacuc legatur alicubi fuisse Danielis cōtemporeus, quo tēpore nō futura, sed facta erant, qđ de eodē Nabuchodonosor legimus. Veruntamē siue ante siue post, qđ Nabuchodonosor ille Iudā in captiuitatē cōgregauit, hæc prophetia cōtexta sit, illud nemo est qđ necesse debeat illū gessisse typū diaboli, & qđ ita sub noie eius diabolus in sanctis scripturis cōdēnetur, sicut sub noie Pharaonis et sub noie Assur, suis locis uel tēporibus. Igitur & cōgregabit, inq̄t. i. cōgregare nō cessabit, quasi harenā captiuitatē, captiuator generis hūani diabolus, qđ diu in hoc seculo subsistit hūanū gen^o, Cōgregare cœpit in Adā, et ex eo cōgregare nō desinit, aut desinet usq; in finē seculi, qđ si harenā captiuitatē, i. innumerabilē captiuitatē Quis em̄ dīdūerare possit captiuitatē generis humani quā cōgregauit, & cōgregabit etiam nūc, liberatis per Chri fidē his, quos p̄ciuit deus, & p̄destinauit cōformes fieri imaginis eius iudē filij sui. Et si de cætera multitudine hoim minus curādū, attamē prophetæ de sua gente pro hūano affectu erat dolēdū, Nā & ipse dñs uidēs ciuitatē, fleuit sup illā, uidelicet cōsiderās, iuste supuenturā illi duplicē mortē, duplicē aiāq; & corpore captiuitatē. Similit̄ & de risu eius sup omnē munitionē, & de eo qđ tyranni (inquit) ridiculi eius erūt, idē sentiendum s̄rite perpedimus, id qđ iā ante dictū est, quia Paulus apłus cōtra cōtempores Iudæos ad p̄sentē locū respexit, uideate ergo (inquiēs) ne supueniat uobis, qđ dictū est in prophetis &c. Ita illū intellexisse, ita Christū qui in eo loquebatur uoluisse libenter accipimus, ac si diceret Videte ne superueniat uobis, ut diabolus per manus Chaldæorū, id est Romanorū, quoniā tunc Roma altera erat Babylonia, cōgreget de uobis quasi harenā captiuitatē, ne superueniat uobis, ut dū de regibus ipse triūphat, uestri quoq; tyrāni, uestri principes seditiosi & nequissimi, ridiculi eius sunt, ne supueniat uobis, ut super omnē munitionē uestrā, super Antoniā, et sup Phaselū, & sup Mariannē, & sup Hippidicon, sup Macheronta, & sup Masadam, & sup cæteras oēs munitiones uestras, sup templū, & sup ciuitatē risu suo, risu sellito, & amaro ioco rideat, & cōportet aggerē & capiat eā, per omnia ridens, utpote grāde & mirū mortis, qua pascitur, spectaculū præ oculis habens, quantū uel quale in nulla gente uel natione habuisse legitur, si cunctas gentiū historias siue tragœdias recenseamus. Legamus Iosephū usq; ad munitionis ultimæ excidiū, qđ uocabatur Masada, & manifestū est, qđ diabolus ibi habuit unde rideret. Illud em̄ fuit ultimū, quo cōportato aggerē, dū caperet, sicarij qđ intus erāt nūero nongēti simul, & sexaginta cū mulierib; simul ac pueris, cōsiliū secuti sui principis Eleazari, tanq; beatitudinis æternæ p̄miū affecuturi, si semetip̄os trucidarēt, potius qđ uiuos capi s̄nerēt, hoc mō egerūt. Sorte ex nūero suo decē lectis oim p̄cussorib; cū uenerūt etiā propter cōiuges ac liberos prostratos cōpositi eosq; āplexi manib; iacuisent, parato aio se mactādos p̄bebāt, ifelicissimū illud exhibētib; ministeriū. Nouissimi p̄cussores, ipsi cū eēt decē, uni nouē se occidēdos supposuerūt, isq; nouissim; circūspecta multitudine mortuorū, ne qđ forte i multa cæde supesset, qđ suæ man; egeret, ubi cognouit oēs pemptos ignē qđē imittit Regiē, ue hemētī uero manu toto p̄ se trāfacto gladio, iuxta suos occubuit. Latuerūt dūc tū mulieres, & gnc; pueri p̄ cuniculos, rēq; ex his ut gesta fuerat, Romani cognoscētes admirati sunt. Nouissima hæc, sed nō sola fuit Iudaicę mortis insania. Quāto potius risu diabolus risit i talib; & si in cæteris qđq; gētibus habuit vn̄ rideret, hoc unicū fuit Iudæi b̄riū nulli simile, ubi ipse nimirū in Romanis agens cōportauit aggerē, & cœpit ciuitatē illā Hierusalē, atq; inde captiuā abduxit animarū multitudinē. Nā (ut Iosephus qđq; testatur) cōtingit ciuitatē illā ad summū felicitatis gradū profectā ad ultimos casus deponi. Deniq; oim post cōdita secula res aduersas, si cū Iudæorū calamitatibus cōferantur, superatū iri nō ambigo. Sequitur. Tunc mutabit spūs, & p̄transibit & corruet. Hæc est fortitudo eius dei sui. Ne hominē esse putes in quē loquebatur, sp̄m̄ appellat eū, sine dubio uolēs intelligi diabolū. Non enim dixit, tunc mutabitur spūs eius, quod cōgrue de homine aliquo loqueretur, sed tunc (ait) mutabitur spiritus, scilicet ille de quo loquitur, qui non caro, sed spiritus. Quid est autē dicere, tunc mutabitur spiritus, nisi ac si diceret, tunc nō erit deus ille spūs? Hoc nanque præcipue

Actu. 13.

Dan. 14.

Quomō congregat diabolus.

Ro. 8.

Luc. 19.

Munitiones Iudæorum.

Iosephus de bello Iud. lib. 7. cap. 46.

COMMENTA. RVPER. ABBA. LIB. I.

præcipue differt falsus deus, ab eo, qui solus est uerus deus, q̄ ille mutabilis est, & multis
 rariatur accidētibus: uerus autē deus incōmutabilis est, & nullis subiacet accidētibus. Pulchre
 rime ergo p̄ hoc uerbū, tunc mutabitur, deus esse denegatur ille spūs. Et quamobrē, uel in
 tuitu deus esse ille denegat, dicēdo tunc, i. illo tpe mutabitur. Nimirū ob rē certā, ob rē ma
 gnā, q̄ uidelicet olim ille spūs deus esse sua p̄sumptione existimabat, unde & hic protina
 cū improprio dicitur deus suus, his uerbis. Hæc est fortitudo eius dei sui, i. illius q̄ ipse su
 us est deus, dicēdo: Ego memetipsum feci, sicut iā supra cū prophético testimonio memo
 rauimus. Quando hæc prophētia cōdebat, tūc iste spūs & dæmonia eius pro eo colebant,
 in simu'achris adorabātur, & tūc reuera stultus sibi erat deus, imō & extollitur supra omne
 qd̄ dicitur deus, aut qd̄ colitur, ait Ap̄lus. Futurū em̄ erat, ut statim post risum, quo risit sup
 tēplū illud, sup ciuitatē & munitiōes eius, sup Iudæā, in qua sola notus eatenus fuerat deus,
 dū ipse in gentibus quasi deus haberet, statim (inquā) ipse uanitatis arguitur, tantaq; mutatio
 fieret circa ipsum ut cognosceret esse nō deus, sed diabolus, suūq; amitteret atriū illud mani
 mū, i. Romanū imperiū, Et ecōtra deus, siue dei filius, Chrūs, pro uno tēplo, sup qd̄ ille lo
 cit risum iuste permissus, & pro una gente Iudæa, in qua debuerat esse notus, in nūera p̄
 bē terrarū haberet tēpla, & à cunctis coleret gētib; expulso illo, rā de tēplis, q̄ de ipsarū gē
 tiū cordibus. Tunc ergo (inquit) mutabitur spūs, nimirū magna mutatione, ut appareat mu
 tabilis diabolus, q̄ putabatur esse, & uolebat uideri incōmutabilis deus. Hæc mutatio con
 tinget ei secundū similitudinē illius Chaldaei, siue regis Chaldaici, qui dū eodē spū infirmitate
 diceret: Nōne hæc est Babylon magna, quā ego ædificauī in domū regni, in robore fortitu
 dinis meæ, & in gloria decoris mei, statim demutatus est in amētīā bouis: Fœnū (inquit) simi
 litudinē mutabitur, ait spūs, ut uidelicet & ipse fœnū ut bos comedit, sicut ad beatū Iob de
 ipso dictū est: Ecce Behemoth, quē feci tecū, fœnū quasi bos comedit. Nec uero sic solum
 mutabitur, uerū etiā & pertrāibit (ait) & corruet. Ergo nō bona mutatio hæc, cuius finis hic
 est, q̄ p̄transibit & corruet. Peruersa mutatio hæc, quoniā nō fecit ille, q̄ solus incōmutabi
 lis est. Etenī p̄ter ipsum omne qd̄ est, mutabile est, sed aliorū quidē mutationē ille fecit, alio
 rū autē nō fecit. Mutationē bonorū fecit in bonū, ut puta cœlorū, i. sanctorū, de quibus in psal
 mo scriptū est: Initio tu dñe terrā fundasti, & opa manū tuarū sunt cœli, Ipsi peribūt, tu a
 tē p̄manes, & oēs sicut uestimētū ueterascēt, & sicut opertoriū mutabis eos, & mutabūt,
 tu autē idē ipse es, & anni tui nō deficient. Hæc mutatio cœlorū bona est, & hæc facit immu
 tabilis deus, qualē & nos speramus, qm̄ mortui resurgēt incorrupti, Ait quidā ex ipsi cœli,
 Paulus Ap̄lus: & nos immutabimur, i. impassibiles efficiemur. Hinc est illuc in titulo psal
 mi quadragesimi quarti, in finē, pro his, qui cōmutabūtur, subauditur, p̄fecta cōmutatione,
 q̄ in futuro erit, qm̄ de tristitia in gaudiū, de imperfecto ad p̄fectū cōuertent, quantumq; de
 picabiles & cōtemptibiles in hoc mūdo uideant. Nō illis improprietat, aut improprietatē,
 imō promittitur, & in læticia p̄dicat, q̄ mutabunt, quorū dñs deus est, sed huic, q̄ suus deus
 est, improprietat, q̄ mutabitur, additurq; & p̄transibit, & corruet. ¶ Q̄ si quis obijcit de cœ
 lis iā dictis, q̄ & ipsi p̄transibūt, q̄ sic dictū est: Ipsi peribūt, tu autē p̄manes: scire debet, quo
 niā perire illorū, hoc secundū carnē ad tēpus interire est. Simulq; uideat ordinē dictorū, quia
 spūs iste primū mutat, & deinde p̄transibit, & corruet, cœli autē illi primū peribūt, & deinde
 tu dñe mutabis eos, & mutabunt. Finis huius corruere est, q̄ uicio suo mutatus est, finis il
 lorū mutari est, q̄ uirtus, i. spes eorū in cœlis reposita est. ¶ Quousq; tandem p̄transibit, qd̄
 quid p̄transibit: Numerū suū p̄transibit, quousq; expleat suū numerū p̄transibit. Habet em̄
 numerū suū, & hic sapiētia est, dicitur in Apocalypsi: Qui habet intellectu, cōputet numerū
 bestiarū. Numerus em̄ hominis est, & nūerus eius sexcenti sexaginta sex. Numerus homi
 nis senarius est, q̄ sexta die homo factus est. Porro nūerus septenarius quodāmodo nume
 rus est dei, q̄ die septimo requieuit. Omnis hoīs nūerus, qui ad requiē dñi nō puenit, quā
 bus iurauit (inquit) in ira mea, si introibūt in requiē meā, omniū (inquā) qui creatura dei p̄
 semetipsū abutūtur, & dilectionē creatoris nō habēt, uel q̄ creaturæ potius q̄ creatori ser
 uiant, nūerus senarius est. At uero ipsi diabolo nūerus iste triplicatus, imō ter decuplus ē,
 quia numerus sexcenti sexaginta sex. Quā ob causam: Nimirū quia iudiciū eius est implet

Tunc mutabitur spiritus quia non est uere deus.

Ezech. 29

2. Thef. 2

Danie. 4.

Iob. 40.

Duplex mutatio, bona & mala.

Psalm. 107.

1. Cor. 15.

Numerus diaboli. 666.

Apoca. 13.

tertio iudicatus est, ita ut super illum sic loqui deceat maiestatem supernam, Ter iuravi in ira mea, si intrab' in requiem meam. Olim quippe de cælo proiectus est propter superbiam: quia contra deum se extulit. Deinde iudicium maledictionis accepit in serpente, per quem hominem decepit. Tertio iudicij siue damnat' ois incremento ferendus est in illo quem ingressus suo corrueat, ait, uidelicet sicut ad beatu' Iob loquit' dñs: quia uidetibus cunctis p̄cipitabitur. ¶ Hæc est, inquit, fortitudo eius dei sui, & hoc exprobratis elogiū est, hæc est fortitudo. i. talis est fortitudo eius, utiq; fallax fortitudo, uana fortitudo. Nunquid enim uera fortitudo est equitare, captiuitatem quasi hominum congregare, de regibus triumphare, & tyrannos ei ridiculos esse super omne munitione ridere, comportado aggerē, & capiendo eam, & tūc mutari, ac pertransire & corruiere. Non est hæc fortitudo uera, imò arrogātia cæca, non alta oipotētia, imo tumida impotētia. At tū ille interim, anteq̄ corruiat uel p̄cipitet (ut iam dictum est) in ignem æternum, qui paratus est ei & angelis eius, fortis sibi uidet: quia quippiam posse putat: fortis (inquam) & deus, extollens se supra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur deus (ut iam supra dictum est) suus, & ut dicit ipse à semetip̄o factus. Quapropter iudex eius, subiūxit dei sui, hoc est, q̄ semetip̄m fecit, sicut sibi arrogare p̄sumpsit. Sed id iam superius ex p̄pheta Ezechiele demonstratū est. Iam ergo his p̄tractis, audiamus quid sequat'. Nunquid non tu a principio domine deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum, & fortem ut corripes fundasti eum. ¶ Hæc & cetera usq; ad id: Super custodiam meā stabo, & figam gradum super munitionem & conmet persona loquit': statim quippe subiungit, & respōdit ad me dñs, & dixit: Scribe uisum & explana uam super tabulas, & percurrat, qui legerit eū: quia adhuc uisus procul, & apparuit in finem, non mentietur. Si moram fecerit, expecta eum: quia ueniens ueniet, & non tardabit. Hæc ergo, nunquid non tu à principio dñe deus meus, & non moriemur, dñe in iudicium posuisti eum, & fortem ut corripes, fundasti eum. Hæc (inquam) reddidit ad ea quæ audierat intus, quæ audierat in spū. Audierat personā Christi filij hominis, filij dei, primū ex infirmitate, in qua dereliquit eū deus, dicente: Vsq; quo dñe clamabo, & non exaudies & c. usq; ad id: tunc mutabitur spūs, & pertransibit, & corrueat. Hæc est fortitudo eius dei sui. Ad illa duo, quorū alterū infirmitatis, hæc duo reddidit Propheta fidelis. ¶ Nam quod ait: Nunquid non tu a princio dñe deus meus, sancte meus, & non moriemur, pulchre sic intelligitur, ut sit uox fidei & confessionis, uox pietatis, & animi compatiētis, animi inclinati & prōni ad agoniam, filius filij hominis in passione agonizantis, ubi & apparuit illi angelus de cælo, confortas eū, & prōlixius orātem, factusq; erat sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrā. Loquit ergo ad eū taliter, uti quemq; nostrū loqui uult, ipse, q̄ per eum loquitur, spiritus sanctus, quoties agonie siue passionis illius cōmemorationē facimus: eumq; propter nos in cruce pendentē, memori mēte contēplamur: Est nāq; in his uerbis cōfessio ueritatis, non quocunq; sed cōfessio cū admiratōe admiratio cū cōfessione. Nūquid (ait) nō tu eras a principio dñe deus meus, sancte meus? Nōne tu es uerbū, qd̄ eras in principio apud deū, & deus uerbū, & uerbū caro factū, & propter hoc: quia tu mortuus es, fiet nobis, qd̄ nō moriemur? Vere à principio: nam & alia scriptura dicit, cuius quoq; Apostolus ad Hebræos pro tua persona meminit. Et tu (inquens) in principio dñe terrā fundasti, & opa manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribunt, tu autē pmanēs, & omēs sicut uestimentū ueterāscēt: & uelut amictū mutabis eos, & mutabunt, tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient. Confortare igitur dñe meus, sancte meus: quia nō ad insipientiā tibi, qd̄ uidet te dereliquisse deus, imò ad magnā sapiam, magnus enī erit mortis tuæ fructus, quia nō moriemur, quia & si peribūt cæli. i. sancti mortē carnis, tu primus resumpta carne pmanebis, eosq; ueterāscētēs sicut uestimentū, pro conditione mortalitatis, tu uelut amictum mutabis uera resurrectione eiusdem carnis, et mutabunt, ita ut iam ex eo semp̄ in æternā incorruptibiles et impassibiles sint. ¶ Porro hoc alterū, qd̄ cōtinuo subiūgit: Dñe in iudiciū posuisti eū, et forte ut corripes, fundasti eū, uiuēt ex uirtute dei digne dicit eidē Christo domino; Cuius infirmitas ex nobis sumpta pertransiit.

Esa. 14
Gene. 3
2. Thess. 2.
Iob. 40
Fortitudo di
ab oli non uē
ra.
Mat. 25
2. Thess. 2.
Ezech. 29.

Vera confessio de Ch̄so
Luca. 22
Psal 107
Hebræ. 1

Domine i iudicium posuisti eum.



COMMENTA RUPER ABBA LIB I

Nam in iudicium posuisti eum, fortem ut corripere fundasti eum, quem putamus nisi illi
risore diabolū, de quo nunc dicentē audiebat eundē dñm. De regibus ipse triūphabit, & ty-
ranni ridiculi eius erunt ipse sup omnē munitiōē ridebit, & cōportabit aggerē, & capiet eā,
tūc mutabit spūs, & pertransibit, & corruet, hæc est fortitudo eius dei sui: Eum inquit dñs

Exo. 9. in iudiciū posuisti eū ut corripere, forte fundasti, uidelicet scđm similitudinē Pharaonis, cui
dixisti. Idcirco autē posui te, ut ostendā in te fortitudinē meā, & narret nomen meū in omni
terra. Ergo non solū eum: sed maxime eum dñe posuisti in iudiciū, ut ostenderes in eum for-
titudinē tuā, & ut cognoscere nomē tuū, nō tm̄ in omni terra, ueq; & in omni celo & in omni ter-
ra. Vbi posuisti, uel in quo fundasti eum? Non em̄ suspicandū nobis est, qđ tuū ponere, hoc
sit malum facere, qđ tuū fundare, hoc sit uelle superbū esse. Non ita posuisti eū, non ita forte
fundasti eū: sed nec quempiā malorū siue fortū hoim. Vtiq; nō Pharaonem, nō Assur, siue
Nabuchodonosor, nō Aman superbissimū, nō Antiochū, siue Herodē fecisti malū, uel uo-
luisti esse superbū: sed cū essent mali atq; superbi, posuisti illos in sublimi, & hoc in iudicium
fundasti eos fortes, & hoc ad corripindū. Oportet em̄ notum esse, qui ad hoc corripitur, ut
eius exemplo ceteri corrigant siue erudiant. Vbi ergo posuisti eum in iudiciū, ubi forte fun-
dasti eum ad corripindū? In mōte sancto dei, quemadmodū apud Ezechielē ipse dicit: Tu

Ezech. 28.

Cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto dei. In medio lapidū ignitorū, am-
bulasti, pfectus in uis tuis, à die conditōis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Sciebas qua-
lis esset: & quia sciebas, qđ corripere uolebas: idcirco illic eum ponebas, ut primū fieret no-
tus, & tūc demū corripere, nisi em̄ fuisset notus, nō tam multi exemplo eius erudirent, que
admodū & de Pharaone dici cōuenit: quia nisi in regnū fuisset eleuatus, nos hodie neq; scire-

**Qualem crea-
uit deus dias-
bolum.**

Ezech. 31.

neq; correptionē qua correptus est, tam bene sciremus. ¶ Ibi posuisti eum in suū iudiciū
ciū, ubi forte fundasti eū: forte inquit quasi cedrū, ualidū habentē radicis suæ fundamentū,
Nō solūmodo forte: ueq; etiā pulchrū & magnū. Nam itidē apud Ezechielē dicit de illo
dñe deus. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frōdibus nemorosus excel-
susq; altitudine, & inter cōdensas frōdes eleuatus est cacumen eius. Omne lignū para dyi dei
nō est assimilātū illi, & pulchritudini eius, qm̄ speciosum feci eū. Non igitur reprehendū,
imō laude dignū: quia iustū est, qđ nunc dicitis, tunc mutabitur spūs, & pertransibit, & corruet.
Sed nec illud reprehendere ausim, qđ inter cetera suæ tyrannidis opa, quæ agendo in hoc
mundo tyrannizat, & super omnē munitiōē ridet, maxime super munitiōē meam, super
gentem meam, super templū & ciuitatē Hierosoly mā ridebit, & comportabit aggerem, &
capiet eam. Nec illud inquam reprehendo, imo hoc dico. **Abundi sunt oculi tui, ne ui-
deas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.** ¶ E contra immundi sunt oculi

Eccl. 7.

iudicum peruersorū: & idcirco uæ illis, quia uident malum, & ad iniquitatē respiciunt, dum
dicunt malū bonū, & bonū malū. Ista ratio uel sola sufficiens est: si quærā ego, si quærā alius
quis cur illū tu super munitiōē, siue ciuitatē illā ridere, & eam capere permiseris, cū gē-

Lib. 19.

tua sit, & locus tibi dicatus fuerit, cumq; tu natura clemens sis: præsertim cū tu uidentis ciuita-
tem illam, & illum diaboli risum prospiciens imminere, fleueris super illam. Si quis inquam
quærat, cur ita sit, ista ratio siue responsio sufficiens est, uel mihi, uel cui libet aliq. Exempli gra-

Rom. 9.

tia, Apostolo Paulo, dicenti: Veritatem dico in Christo, nō mentior, testi moniū mihi per-
hibente conscientia mea, in spiritu sancto: quoniam tristitia est mihi magna, & continuus do-
lor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei scđm carnē, qui sunt Israhelitæ & ca-
tera. Rationē huiusmodi debet admittere dolor, ut dicat: Mundi sunt oculi tui, ne uideas ma-
lum, & respicere ad iniquitatem non poteris, quod est dicere: Non poteris fauere facientibus
malum, facientibus iniquitatē. Quis cognati tui sint scđm carnem, sicut & nostri cognati
sunt, cognati Prophetarū & Apostolorū, tristitiā magnā & dolorē continuū pro illis habent
tium. Quod dicimus hic respicere ad iniquitatē nō poteris, tu cōfirmas in Euangelio, cū di-

Lib. 17.

cas: Non possum ego à meipso facere qcq;: sed sicut audio iudico. Præmiseras namq; in iudicio
tionem uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij, & subaudiendum est, abiq;
distinctione Iudæi & Græci.

LIBRI PRIMI FINIS.